



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

In Ieiunijs rigor. 7

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

quidem origines, magno mero-
que inani redundare.

VII. In Ieiunijs rigor.

INterim ipse quo quondam, ob
has cæli voluptates, gratior ad-
uersus Deum esset; solitus eo die
semper est, aliud, præter cibarij
panis buccam nihil sumere; ci-
bo autem reliquo sic abstinere,
vt eum ipse omnem, cum bona
parentum venia ad pauperes de-
ferret. Et per familiaris hæc ei
abstinentia fuit, etiam alijs die-
bus: quibus sæpe solebat cum in
speciem caussari aliquid posset,
mensæ paternæ se subdicere, &
quasi seorsim pransurus, aqua
pura, panemq; victitare, aut præ-
texta venatione (quod supra do-
cuimus) in noctem vsque im-
pransus durare lætus, hoc com-
mento, simul & suas cupiditates
fre-

fre
fes
de
be
cib
qu
reg
stic
mu
di
qu
ade
eta
me
face
gor
tab
re p
mu
retu
E

fregisse, & arbitros, quàm fas erat, fefellisset. Cetetum ne domi quidem, cum inter suos puer discumberet, aut multi, aut exquisiti cibi erat: sed aspernatus ferè, si quid in dapibus lautum, aut peregrinum saperet; plebeis, ac rusticis insuescere. vescique communibus malebat. Quæ Viuendi ratio, tametsi nesciebant alijs quò pertineret; tamen illi iam aded tum animus huc prospexitabat, vt ab eiusmodi experimentis, aliquod sui periculum faceret; & ad religiosæ vitæ rigorem (qualem omnino meditabatur,) his rudimentis mature præluderet; dum ad arma demum decretoria corpus firmaretur. ☉

VIII. In verberibus feruor.

Eodem consilio, pleraque illi